



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1647

§. 12. Qui, & cur dixerint, feminas non in suo sexu resurrecturas?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51168)

piet beati, si fortè eos natura destituit,
cùm nascerentur.

§. XII.

*Qui, & cur dixerint, feminas non in suo sexu
resurrecturas?*

Verùm, quia S. Paulus ait, nos occur-
Ephes. 4. *suros in virum perfectum*, multi fuerunt,
13. qui existimarent, feminas non in proprio
sexu, sed in virili surrecturas, & in viros
transmutatas, teste S. Augustino. Habet
S. Aug. hæc sententia, vt apparet, magnos & eru-
1. 22. ciu. ditos authores. Quippe videtur esse S.
cap. 17. Hieronymi, S. Basilij, S. Hilarij in illud:
seqq. *In resurrectione neq₃ nubent, neq₃ nubentur.*
S. Hiero- S. Athanasij, aliorumque, qui arbitrantur,
nym. & S. Athanasij, aliorumque, qui arbitrantur,
Basil in S. Athanasij, aliorumque, qui arbitrantur,
Psal. 114. in resurrectione non fore sexuum diuersi-
S. Hilar. in Matth. 22. tatem. Quin & inter Scholasticos Scotus
S. Atha- manifestè tradit, omnes feminas, excepta
nas. serm. vna Dei Matre Virgine, in sexu virili resur-
3. cont. recturos. Tractat hanc quæstionem etiam
Arrian. D. Thomas. Neque desunt rationes. Nam,
sub fin. præter Apostolum dicentem, nos *in per-*
Scot. in *fectum virum*, non autem in perfectam
2. dist. 20. feminam, occursuros; in futuro sæculo
S. Thom. in suppl. omnis prælatio cessabit; non cessaret au-
q. 81. art. 3. tem prælatio, si muliebris sexus non cessa-
Gen. 3. 16. ret, cùm mulieri dictum sit: *sub viri pote-*
state,

state eris, & ipse dominabitur tui. Accedit, quòd sexus fæmineus sit accidens, & quædam hominis imperfectio, in resurrectione verò omnis imperfectio tolletur à iustis. Ac fanè, vt Aristoteles docet, femina est *mas occasionatus*, atque ex defectu virtutis formatiuæ in femine (quæ non potest perducere materiam concepti ad virilem perfectionem) præter intentionem naturæ inductus. Si ergo in resurrectione saluandorum omnis error tolletur, videtur concedendum, sexum muliebrem non resurrecturum. Nam si natura, quæ perfectum intendit, cùm marem, quasi hominem perfectum vellet producere, feminam pro mare producens errauit, corrigendus erit utique error ille in beatis, ne saltem ex hac parte miseri sint. Denique ad quid erit diuersitas sexus, si *in resurrectione neq; nubent, neq; nubentur?* Hæc pro ista sententia afferri possunt.

Aristot.
lib. 2. de
Generat.
animal.
cap. 3.

§. XIII.

Femina cur in suo sexu sint resurrectura?

Sed luculentus, & in sexum femineum valde iniurius est error, dicere, vel credere, feminas in suo sexu non resurrecturas.

Cuius